

NICETAE
ACOMINATI
CHONIATAE,
MAGNI LOGOTHETAE

Cap. 8.

SECRETORVM, INSPECTO-
RIS ET IVDICIS VELL,
Præfeti Sacri cubiculi:

IMPERII GRAECI HISTORIA, ab anno M. C. XVII.
in quo Zonaras desinit, usque ad annum M. CC. III. Libris XIX.
descripta: quorum ordo præfationes sequitur.

ITERATA EDITIO GRAECOLATINA,
HIERONYMO VVOLFIO

Oetingensi interprete. *autore damnato, hactenus prohibita
nunc vero cum expurgatione per missa
qui accesserunt*




Brefaria singulis libris præfixa.
Perpetuæ ad marginem Notæ morales ac politicae.
Gnomologia & Chronologia historica.
Axiomatum & Rerum Insignium INDICIBUS



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 67 C/36 N. 15

Apud hæredes Eustathij Vignonæ

M. D. XCIII.



R. 25729 + 75

NICETAE
ACOMINATI
CHONIATAE,
MAGNI LOGOTHETAE

Cap. 8.

SECRETORVM, INSPECTO-

RIS ET IVDICIS VELL,
Præfetti Sacri cubiculi:



IMPERII GRAECI HISTORIA, ab anno M. C. XVII.
in quo Zonaras desinit, usque ad annum M. CC. III. Libris XIX.
descripta: quorum ordo præfationes sequitur.

ITERATA EDITIO GRAECOLATINA,
HIERONYMO VVOLFII

Oetingensi interprete. *autore damnato, si de eius præfatione
nunc vero cum ex purgatione per missa
cui accesserunt*

Breuiaria singulis libris præfixa.

Perpetua ad marginem Notæ morales ac politica.

Gnomologia & Chronologia historica.

Axiomatum & Perum Insignium INDICE


Expurgata del libro



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 6º C. 136 N. 15

Apud heredem Eustachij Vignonæ

M. D. XCIII



38

& quasi dissecta membra cōlectantur, hi solidum quoddam & suis numeris absolutum humanæ cognitionis corpus complectuntur. Quas ob res ego perbeatos eos esse iudico, quibus & ea voluntas cōtingit ut cupiant, & eæ facultates suppetunt ut possint, citra impedimentum, ab ineunte ætate, usque ad id tempus quod rebus gerendis aptum est, philosophari, ac tum demum agendi solertiam cum veritatis contemplatione coniungere, animis in cœlos & ipsū Deum, corporibus in humanæ societatis cōservationē intentis. Hæc mihi vita verè humana, & potius diuina semper visa est: & omnibus ijs voluptatibus, quæ cum brutis animantibus ferè cōmunes sunt, præferenda. In quo assentiri mihi & ex doctis & ex indoctis optimum & prudentissimum quæque, imò me potius cum illorū sententiis cōgruere, constat. Nec tuum hac in re, ut & in cæteris, præclarū iudicium, quod & tota Fuggeranā familia magno consensu sequitur, & cordati omnes summè probant, obscurum est: qui filios tuos ingeniorū & corporum vigore præstantes, ab ipsis propè cunabulis, usque ad iuuentutis initium à doctissimis præceptoribus, in celeberrimis quibusque Europæ gymnasijs, seuera disciplina moderandos, optimarūque artium & linguarum cognitione imbuendos curaris. Quibus illi de causis, se non minus tibi debere, qua pietate ac prudentia sunt, profitetur, quàm quod vitam & maxima quæque ornamenta felici quodam fato abs te acceperunt: qui verus non tantum corporum, sed etiam animorum pater esse voluisti, nec genuisse contentus, vrisque ea suppeditasti, in quibus humana felicitas consistit. Ut autem terrena corpora terræ frugibus aluntur: sic cœlestis & diuinus animus suum partem habet eruditionem. Quam à vulgi fece, hoc est, à pessimo & stultissimo quoque contemni ac derideri, non est mirandū: cum quod de re ignota nihilo rectius statuere possunt, quàm cæcus de coloribus pronunciarè: tum quod vitis atque ineptis semidoctorum quorundam, aut corruptorum hominum, rem præclarissimam metiuntur. Nam quid est aliud eruditio, nisi amplissimum quoddam & instructissimum amphitheatrum humani ingenii, & experientie multiplicis: ad quod exornandum & locupletandum, non tantum omnes nationes, omnes homines, omnes ætates stipem suam contulerunt: sed etiam DEI immortalis liberalitas multa austeria adiecit, ijs rebus partim

arcano

arcano afflatu, partim per insignia miracula reuelatis, quas obtusior humani ingenii acies perspicere minimè potuisset. Cùm autem RATIO ATQUE ORATIO multò magis, quàm forma corporum, hominem distinguat à belluis: & veritatis solida cognitio, & disertæ explicatio, sit eius proprium munus: quid aliud est philosophari, quàm in eo elaborare, ut vocabula cum rebus consentiant, & ut ii simus qui dicimur, homines? Complector autem Philosophiæ nomine, tantum, quantum ipsius significatio complectitur, studium atque amorem sapientiæ: quæ rerum diuinarum & humanarum, causarumque quibus eæ res continentur scientia, definitur. Quam immensitatem cùm solus DEVS rerum omnium opifex teneat: solus ut boni, ita & sapientis nomen iure sibi vendicat. Homines autem, sapientiæ & virtutis amâtes ac studiosos esse, nihil verat: quo amore ac studio quod quisque longius progreditur, eò propius à cœlestibus genijs abest, qui ea re beatissimi habentur, quod ipsum DEVM, omnis bonitatis & sapientiæ fontem, iugiter cum ineffabili gaudio intuentur (neque alia piorum beatitudo post hanc vitam fore, haud abs re creditur) quò propius resistit, eo minus dignitatē suam & excellentis naturæ munera tuetur. Quis verò ea sit arrogantia, ut suum vnus ingenium tantum esse putet, ut eo contentus, omnia veterum inuenta & experimenta, literarum monumentis cōsignata, aspèrari queat: ac non potius ex infinita copia, optima quæque, & ingenio suo vitæque instituto aptissima, perscrutetur? Nam ut vnus excellat, aut saltem cum mediocri successu laboret in omnibus, vix, ac ne vix quidem fieri potest. Ac plerosque vel rei familiaris angustia, vel ingeniorum tenuitas, in certum quoddam studiorum genus, velut in carcerem aut ergastulum, abstrudunt. Quibus autem DEI OPT. MAX. benignitas ea & animorum & fortunarum subsidia concessit, ut in nullius magistri verba iurare coacti, libertatem suam inuiolatam retineant: profecto eo beatiores erunt, quo pluriū & meliorum rerum cognitionem coegerint, in varijs linguis atque authoribus dissipatam. Id autem difficile ei non erit, qui linguæ Græcæ ac Latinæ mediocri vsu instructus, methodo se assuefecerit, & artium optimarum fundamenta fideliter iecerit. Ac est in ea re sanè difficultatis & molestiæ non nihil. Sed vbi ex illis artium angustijs in liberissimū optimi cuiusque scri-

§ iiij.

proris campum eluctatus fueris, verè id apparebit, quod à quodam sapientissimo viro dictum est, siue is Socrates, siue Isocrates fuerit (nam vtrique ascribi video, & proclivis error est in vnus literæ discrimine) Radices eruditionis amaras esse, fructus verò dulcissimos. Radicibus autem comparantur, linguarum & artium methodi: fructibus, varia lectio. qui vt sine radicibus nulli essent: ita eruditio pertenuis est, quæ non certa ratione ac via, à primis initijs ad summum vsque fastigium cōstanter ascendit, ac perpetuum sibi commentariū parat. Quod enim suprā etiam attingi, doctrinæ omnis laus in artium methodis atque in eo vertitur, quod, quoad fieri potest, quicquid ad eandem rem pertinet, contrahit, & ex varijs membris vnū corpus integrum componit. Eo absoluto, lectionis varietas singulis partibus addit ornamenta, & amplitudinem quandā conciliat. quod si hæc similitudo minus placet, homo studiosus diligenti patrifamiliæ comparetur: qui, vt ille agrorum suorū prouentus & domestica instrumenta in horreis & certis quibusdam cellis reponit, vt cum vsus postulat, statim ad manū sint: ita ipse, quicquid vel cogitatione, vel lectione, vel auditione per omne tempus ætatis (neque enim vlla sapientiæ studio meta præfigenda est) consecutus fuerit, statim in illas artium classes, si non stylo aut calamo, saltem animo & recordatione reponat, & ad regulas illas à doctissimis hominibus traditas exigat, acri iudicio semper interposito, ne quod quisque dixerit aut scripserit, aut ipsi etiam in mentem venerit, oraculum esse putet (nam homini docto turpissimum fuerit, vt Græci eleganter dicunt, ἀβασανίστως ἀποδέχεσθαι τὴν πίσυνὴν ἀληθείαν: hoc est, opiniones consecrari, nudaque autoritate niti) sed tantum cuique credendum esse statuatur, quantum aut firmis rationibus, aut probabilibus coniecturis persuadere possit. In cæteris assensum cohibeat & sustineat, donec ipsum tempus scrupulum sustulerit. Sed ne memoria lapsus esse, & ab instituto non certo consilio deflexisse, sed per obliuionem aberrasse videatur: ad Choniatem redeo: quem ordine aptissimo, & prudenti tuo consilio Zonaræ adiunctum esse dixi. Nam quo in loco ille Annales suos finiuit in Alexij Comneni videlicet obitu: eo in loco hic suam historiam auspiciatur, res memoratu dignas, quæ in Byzantino imperio annorum circiter LXXXVI. spacio acciderunt, complexus. atque vtinam alijs Græcis.

Græcus extitisset, qui ab hoc autore & Chalcocondyle prætermissa, pari facundia profecutus esset. Maior enim est Choniatæ copia & diligentia, lectioque iucundior, quàm Zonaræ. cui vna breuitas necessariò proposita fuit, quod alioqui opus in immensum excreuisset. idque vel ex eo apparet, quod heroina eruditissima, Anna Cæsariissa, Imperatoris Alexij filia, de rebus gestis patris sui libros x. scripsit, qui adhuc in Augustanæ Reipublicæ bibliotheca extant, cum Zonaras vitam illius paucis folijs perstrinxerit. Vt autem breuitas memoriam iuuaret: ita fusiores narrationes plus delectationis habent, in magna præsertim varietate rerum, & subitis Fortunæ commutationibus: quæ non multis annis plurimæ, eæque mirabiles, ac potius miserabiles, præter expectationem Græcos (quos hic scriptor Romanorum appellatione honestat) oppresserunt, crescente indies Persarum siue Turcorum (nam recentiores promiscuè his vocabulis vtuntur) potentia: quorum grassationes & Christianorum Principum desidiam ac peruersitatem, tanta doloris acerbitate Choniates sæpius deplorat, vt eum ab omnibus qui reipub. partem aliquam attingunt, nostris temporibus legi summopere expediat: si fortè Germanorum animi, quorum fortitudo & pietas in recuperanda Syria & terra sancta, laudibus egregijs hoc scripto ornatur, clarissimis exemplis Conradi & Friderici imp. saltem ad tuendam patriam, hoc est, vicinas Pannonias excitentur. Nunc enim non de laude & gloria laborandum, sed de aris & focis pugnandum esse apparet. quod quo minus fiat, nulla res æquè in causa est, atque dissensiones. Græcos, præter intestina bella ex ambitione ferè orta, voluptatum studium & ignaua monarchia perdidit: nobis temeraria bellandi cupiditas, & discors ac inquieta Polyarchia, id minatur, quod absit vt experiamur. & facile cauere mus, nisi ~~scilicet~~ animis atque auribus à sanis consilijs plerique abhorrerent. Imminuta quidem est, & veluti læta seges tristi lolio corrupta, vetus nostræ gentis integritas: quod exterarum nationum quodam quasi contagio accidisse videtur, quarum mala cum nostris coniunximus: cū peregrinationum is finis esse debeat, vt innatis & consuetudine inolitatis vitijs abiectis, aliorum virtutes asciscamus, eorumque prudentia & humanitate ad omne genus officij & laudis erudiamur. Sed si cætera spectemus, nunquam Germania

viris, armis, opibus, consilijs fuit instructor: quas res propter discordiam, non in hostium detrimentum, sed in patriæ exitiū detestanda crudelitate, ne dicam insania, conuertimus. Quæ cogitatio cum in hujus historiæ interpretatione subinde meū animum feriter, & haud dubiè cordatiores quoque lectores extimulatura sit: non temperare mihi potui, quin hunc locum, quem omnium animis atque oculis semper obuersari vtilissimum fuerit, obiter attingerem. Nunc de hoc opere dicendum est: quod etsi labore non multo minore, longè tamen maiori cum voluptate conuerti, propter historias mihi antehac ferè incognitas, & planius ac fusius orationis genus. In quo tamen immodicam nescio cuius insolentis elegantiae affectationem, non semper sequendam mihi duxi: quòd quicquid eius generis est, non ipsius authoris scriptum, sed paraphrastæ & æmuli alicuius assumptum esse videtur. Contuli enim hîc quoque duos codices, cum eo quem Amplitudo tua Constantinopoli ab Alexandro Chartophylace comparauit: atque operam dedi, vt ex ea collatione opus hoc quàm integerrimū ederetur: & Græca itidem, vt in Zonara nostro factum est, cum Latinis coniungerentur. Quamuis enim Græci sermonis puritas & proprietas, cum exterarum nationum commercijs, tum ocioforum hominum ineptijs corrupta est: nec fieri nequit, in hoc scriptorum genere, vt interpretis non indocti nec indiferti oratio, ipsi authori præferatur: tamen nec eum ego me interpretem profiteri ausim: & Græca lingua, qualiscūque adhuc, nescio quem genium retinet ac vbertatem, Latinis inimitabilem. Testimonio sunt omnes ferè disciplinæ, quarum vix vlla est, quin & è schola Græca se prodijisse vel ipso nomine fateatur, & si græcas voces sustuleris, sæpè obmutescat. Quo minus ij ferendi sunt, qui Græcam linguam vt superuacaneam aspernantur. Quod ~~vix non ferent~~ fideles & docti interpretes sint, intelligerēt. Alijs deest alterius vtrius, alijs vtriusque linguæ cognitio, alijs fides & diligētia, nonnullis vniuersa hæc, non tam fortasse malitia & contemptu iudiciorum (quæ extrema esset amentia) quàm calamitate quadā temporum nostrorum, & præstantium ingeniorum neglectu: quibus Fortuna plerunque minus fauet, quàm ijs quorum minor est industria, & obtusior acies animorum. Itaque pedibus in eorum eo sententiam, qui Græca cum Latinis coniungenda esse

esse censent: siquidem Græca seorsim parum vendibilia sunt ætate nostra, quæ propter ambitionem, auaritiam, & bellandi cupiditatem, ad pristinam Barbariem magno impetu ruit. Nam Latini & Græci sermonis proprietate & puritate amissa, contentaque Philosophia, & politiori literatura neglecta, vt coram cernimus: non obscurum est, quid impendeat. Præclarè scribit Isocrates, quem in hac parte Aristoteles, vt mihi videtur, quippe n. tu grandior, æmulatus est, & ego admirari non satis possum: virtutes singulas in medio binorum vitiorum, quorum alterum citrà resistat, alterum longius quàm par sit progrediatur, esse collocatas. & rectè apud Ouidiū Dædalus ait filio, Medio turissimus ibis. Quod vtinā tam à Theologis, Iurisconsultis & Medicis, quàm ab humaniorum literarum cultoribus obseruaretur: quorum alteri se rebus inhærere, alteri dictionis elegantiae se studere profitentur. Quasi verò aut vocabula propter explicationem rerum non sint inuenta: aut corpus egregium, hoc est, res præclaras, cuiusmodi in sublimibus illis disciplinis tractantur, non munda & ornata vestis, hoc est, pura & limata deceat oratio. Duplicem profectò laudem merentur, qui res optimas, si non eleganti & splendido, at puro & diferto sermone proponunt. Cuiusmodi viros nostra ætas plures, cum insigni gloria tulit, quàm posteritas habitura videtur, nisi aliam rationem studiorum inierimus. Sed quid ego censuram in republica literaria mihi summo, cum ipsi mihi diuersissimorum ingeniorum censura sit subeunda? Mouit me tamen iustus fortasse dolor, in hanc confusionem gymnasiolorum intuentem, etsi hæc nec temporis nec loci huius esse videantur. Quare veniam peto, si qua minus ad institutum pertinentia inculcaui: & debetur hæc Philosophiæ libertas, quæ quia ferè ceteris externarū rerum cōmoditatibus & ornamentis caret; saltè cogitationis atque orationis vinculis laxioribus astringitur. Quo nomine Socrates se meliore cōditione esse quàm Oratores, qui ad aquam dicant, & tacitos iudicum nutus obseruent, gloriari solebat. Ego verò eam licentiam adeò mihi laudī non duco, vt, si qua culpa vel hac cōmemoratione, vel conuersionis procrastinatione, longiore quidem quàm ipse putaram, commissa est, eius mihi gratiam fieri cupiam: præsertim cum exigui temporis mora, omnis expers incommodi, non cessationem, sed fidem & diligentiam meā

ar guar:que nisi mihi ocio & commodis meis antiquior fuisset hoc labore multo citius defungi potuiffem. Sed fat citò, si fat bene, vt dicitur. quod ipsum etiam sedulo me conatum esse, cū rem ipsam testaturam cōfidam: nihil de me ipso addam, quòd quamuis amplius aliquid pręstitiffem, tamen liberalitatis erga me tuę, & publicę erga studiosos homines, quorum commodis tuo sumptu consulis, partem vix exiguam viderer assecutus. Augustę Vndelicorum, v. l. Id. April. Anno M. D. LVII.

CHRONOLOGIA
NICETAE.

Que annorum ab eo descriptorum & rerum sub Imperatoribus gestarum seriem paucis indicat.

Anni mundi.	Anni Christi.	Res gestę.	Anni Imperatoris Orientis.	Anni Imperatoris Occidentis.
5087	1117	Imperator Alexius Comnenus, anno Imperij 37. mense 4. cum dimidio, 15. die Augusti vita functus est. <i>Nicet. pag. 9.</i> Huic successit Ioannes Comnenus Filius, in quem proceres & cognati conspirant. Coniuratos clementer tractat. 11. 12.	1	11
5088	1118	Expeditiones adu. Perfas. 114	2	12
5089	1119		3	13
5090	1120		4	14
5091	1121	Seythas arte profigit. 15. 16.	5	15
5092	1122	Contra Triballus, quos alij Seruios dicunt, expeditione init. Quatuor filios Manuelem præsertim natu minimum, ad dignitates publicas exehit. 18. 19.	6	16
5093	1123	Hannicum bellum. 19.	7	17
5094	1124	Tradueto in Orientem exercitu de Perfarmentis debellatis triumphat. 20. 21.	8	18
5095	1125	Perfarmentos denuo aggreditur & bello fatigatos pacę petere cogit. Gangram expugnat, quam Perfa paulò post capiunt. 22. 23.	9	19 Mortitur Henric.
5096	1126	In Ciliciam mouet. Bacam castellum munitissimum & Anabazam expugnat. 24. 25. &c.	10	Locharius Savo. 1
5097	1127	Profectus in Cælesyriam cum Raimūdo & Antiochenis auxiliam init. Pizæos deditione recipit, Phæsepum expugnat, & variam Martis aleam experitur. 29. 30.	11	2
5098	1128	Istrium & Sezerim debellat, & Perfarum Iconiensium insidiis elusus Byzantium redit. 31. 32. &c.	12	3
5099	1129	Fratre Isaacio Comneno in gratiam recepto nouas expeditiones in Perfas suscipit. 35. 36.	13	4
5100	1130	Tyrannum Trapezuntium inuadit. 37.	14	5
5101	1131	Perfas bello fatigat. 38.	15	6
5102	1132	Dum Neocæsaream obsidet, Ioannes Comnenus nepos ad Sultatum Iconiensem deficit. 39. 40.	16	7

5103	1133	Iterum in Perfas mouet. 41.	17	8
5104	1134	Phrygiam præteruictus prouincias & finitima oppida rectius constituit, & perduelles quosdam bello frangit. 41. 42.	18	9
5105	1135	Alexius & Andronicus Ioannis Comneni filii morbo pereunt, patre in bellis externis occupato. 42.	19	10
5106	1136	In Isauriam proficiscitur, ac prouinciam ordinat. 43.	20	11
5107	1137	Iter in Syriam intendit, vt Latinos Antiochia pellat. 43.	21	12 Mortitur Lochar.
5108	1138	In itinere moras neceus vt Syros & Cilices in suas partes pertraheret, aduentum suum Antiochenis denunciat. 44.	22	Cōradus tertius. 1
5109	1139	Speiua fructibus, Antiochena suburbia diripit & vastat. Inde ad Cilicum fines defleat. 44.	23	2
5110	1140	Venatum egressus, manu ad digitum venenatę sagittę illapsu stridentem leuia, veneno celeriter visque ad vitalia progressu non multo post abijt vita, Manuele filio iuniore, imperij hærede relicto. 45. 46. &c.	24	3 Mortitur Io. Cōn.
5111	1141	Manuel Comnenus patri succedens Isaacium fratrem natu maiorem in monasterio includit. Opera Ioannis Axuchi, & à Byzantinis expetit ac suscipitur. 55. &c.	Manuel Comne. 1	4
5112	1142	A Michael Patriarcha coronatus, cum fratre Isaacio reconciliatus, & in Perfas mouet. 58. 59.	2	5
5113	1143	Iterum Persicę expeditionem suscipit, & re gerit vario euentu. 60.	3	6
5114	1144	Alemannam Heroinem vxorem ducit. Reipublicę suscipit curam, Cancellario & supremo Quæstore constituit. 61. vectigalia nautica in sicum refert. 61.	4	7
5115	1145	In aula Manuelis rerum vicissitudines, & Syppiotę cuiusdam mirabilis prosperitas. 64. 65.	5	8
5116	1146	Laudata Manuelis administratio, & virtutes principe vero dignissimę. 66.	6	9
5117	1147	In præclaro instituto non diu permanet, sed ex liberali & clemente fit tenax & auferus. 66. 67.	7	10
5118	1148	Alemannorum expeditio Hierosolymitana. Huic Alemannorum exercitui Manuel varias fruit insidias, quas Conradi exercitus superat. 68. 69. &c.	8	11
5119	1149	Exercitus Christiani luctuosa clades. Reliquos Græci fraude, ferro, veneno persequuntur. Calx farinæ militum admixta: Moneta iussu Manuelis adulterata, in Alemannorum perniciem. 72. 73. 74.	9	12
5120	1150	Atrox pugna, & illustris victoria à Conrado de Turcis reportata. 78. 79.	10	13
5121	1151	Rogerus Rex Sicilię bellum Græcis infert magno cum successu. 81.	11	14 Mortitur Cōradus
5122	1152	Manuelis expeditio contra Siculos, Corcyrę oppugnatio & tandem deditio. Inter Græcos & Venetos seditio cruenta. 85. 86. &c.	12	Frideric. 1. cognomine Ænobarb ⁹ sive Barbarossa. 1
5123	1153	Irritus in Siciliam Manuelis conatus Seruiam populatur. Michael Palæologus aduersus Siculos feliciter rem gerit. 99. 100. 101.	13	2
5124	1154	In Seruios & Hungaros expeditiones Manuelis & triumphus. Cuius	14	3

CHRONOLOGIA.

		præfecti cum Scythis & Siculis infelicitè pugnans. 102. &c.		
5125	1155	Cum Rogerio Siculo pacem init: paulò post autem inimicitia inter eos recrudescunt. 107. 109.	15	4
5126	1156	Bellum Hungaricum. Hunnorum grassationes. Incestuosa Manuells & Andronici vita. 111. 112. &c.	16	5
5127	1157	Copiaz Græcorum à Turcis cladem accipiunt. Syppiota calumniis oppressus excæcatur. 120. 121.	17	6
5128	1158	Turcicæ grassationes. Sultanus Iconienfis ad Manuelem cõfugiens, magnificè excipitur. Vtriusque artes. 127. 128.	18	7
5129	1159	Iconij seu Turcarum Sultanus Manuelis liberalitate onustus, domũ reuerfus fidem fallit, vnde vastationes & clades mutuz. 132. 133.	19	8
5130	1160	Hunnis Manuel bellum indicit. Andronici tragœdia noua, is tandem Manuelli reconciliatur. 139. 142.	20	9
5131	1161	Pannonicum bellum. Zeugmini recuperatio. Varia belli facies. 146. 147.	21	10
5132	1162	Bellum aduers. Seruiaz despotam, Andronici mala mens. Rem gerit infelicitè cum Torusè Armenio. 148. 149. 150.	22	11
5133	1163	Andronici scelerati principis ob vagas libidines pericula & errores 153. 154. &c.	23	12
5134	1164	In domo Manuelis tragœdiæ, cuius primarij actores, Alexius prostrator, & nonnulli magi. Noua castra in Asia condit Manuel. 157. 158. 164.	24	13
5135	1165	Hungaricum bellum, cui Andronicus præficitur. De Pannonijs superatis Manuel triumphat. 165. &c.	25	14
5136	1166	Bellum contra Seruios, quorũ statum suo arbitratu immutat. 174.	26	15
5137	1167	Ægyptiaca expeditio cum classe ducentarum nauium, Amerigo, Hierosolymorum rege auxilla pollicente. Tania thi obfidio. Re infecta Græca classis domum repertens dissipatur. 176. &c.	27	16
5138	1168	Sarraceni cum Manuele pacem firmant, Naicitur Manuelli Alexius filius Imperator designatus. Manuelis gener Pannoniæ regnum occupat. 185. 186.	28	17
5139	1169	Mariam filiam dat vxorem Marchionis Montisferrati filio. Venetos in Græcia vexat. 187. 188.	29	18
5140	1170	Veneti Græcos bello fatigant. Manuel restitutus rebus ablatis fedus cum Venetis renouauit. 189. 190.	30	19
5141	1171	De bello Persis inferendo Manuel cogitat: Dorsilzoque & Subizo instauratis se ad bellum appetè accingit. 191. 192.	31	20
5142	1172	Sultani pacem petentis sprete legatione, iter ingressus Manuel insigni clade afficitur, multis suorum millibus & illustissimis quibusdam cognatis desideratis. Sultanus vitro Manuelli pacem offert, vnde reliquis Græcorum salus. 195. &c.	32	21
5143	1173	In reditu Persie Græcos infestant Manuelli conditionibus pacis minime satisfaciendi Sultanus bellum infert. 209. 210.	33	22
5144	1174	Per legatos Manuel Sultani exercitum præda onustum cædit, & ad internecionem delet. 212.	34	23
5145	1175	Alia Manuelis in Persias expeditio, infelici cum euentu. Turci Claudiopolim à Græcis protectam frustra oppugnant. 214. 215.	35	24
5146	1176	Papam & Italos Manuel contra Fridericum Cæsarem concitat. Ancona Manueli fauens, & perduellis, à Friderico obfidetur. 119. 121.	36	25

5147

CHRONOLOGIA.

5147	1177	Bellis vario euentu confectis, disciplina politica & domestica pluribus modis enervata, Manuel illotis manibus Theologiam tractat, de præcipuis fidei Christianæ articulis temerariè definiens. 227. 229. 231. &c.	37	26
5148	1178	Dum curiosè agere pergit, & circa Mahumetis blasphemias infanit, quas etiam edicto confirmat, in morbum incidit, & ab Astrologis dementatus quantum potest reluctatur, tandem cuculla indutus vita excedit, anno 38. imperij nondum planè absoluto. 241. 242. &c.	38 Manuel morit.	29
5149	1179	Sub Alexio puero, turbæ publicæ, & cruenta seditio Constantinopoli. 246. 247. &c.	Alex. Manuel. F.	30
5150	1180	Andronicus Comnenus imperium affectat, & horrendis dolis in nobiles quoque grassatur: præcipuos aulicos ferro & veneno interficit. 267. &c.	2	31
5151	1181	Perfarum in Oriente grassationes Iohannes Comnenus a matre mouet in Andronicum, qui nefarijs artibus Imperatricem Alexij Comneni matrem interfici curat. Aulicorum ignauia & summa improbitate imperij particeps salatur, deinde legitimo principi Alexio præferretur, què paulò post imperio & vita crudeliter spoliat. 285. 289. &c.	3 Alex. in- terfici- tur.	32
5152	1182	Andronicus libidine & furore percitus in Nicæenses & Prusæntes (sunt) Isaacius Comnenus Cyprum occupat. Tragœdia domestica Andronici. Siculi expeditionem parant in Græcos. Triphychus tyrannidis Andronici minister, volabili quadam rerum vicissitudine euersus excæcatur. 300. 306. 320. 320. 340. &c.	Andr. Comn. I	33
5153	1183	Siculi Thessalonica capta & direpta, Constantinopolim petunt. Andronicus parum feliciter resistit. Eiusdem in apparatu belli multiplicia errata & nouæ tragœdiæ, quarum primaria, Magiæ studium. Tyrannidis satellite quodam interfecto, populus Constantinopolitanus in Andronicum insurgit, & Isaacium Angelum imperatorem designat. Ex fuga Andronicus tractus, à plebe miserabiliter exagiturus atrocissimis supplicijs interficitur, postquam per biennium imperasset. 344. 345. &c.	2 Andr. interfici- tur.	34
5154	1184	Isaacij Angeli commoda initia. Expeditio contra Siculos qui profligantur, ducibus captis. Andronici filij, & Alexius Comnenus bellifax, excæcantur. Siculæ classis calamitates, Isaacius inconstans apparet. 387. 388. &c.	Isaa. An- gelus. I	35
5155	1185	Sultanus Iconienfis bellum instaurat. Blachorum defectio. Calamitosa in Cyprum expeditio Blachos Isaacij indulgentia confirmat. Infelicitè geritur bellum aduersus Blachos. 399. 400. &c.	2	36
5156	1186	Blanas Alexij imperium inuadere conatur, & tandem in pugna interficitur. Seditiosis ignoscit Isaacius. Byzantina suburbia direpta cremantur: vnde inter Græcos & Latinos conflictus. 407. 408. &c.	3	37
5157	1187	Isaacij in Blachos expeditio infelix, Theodorus Mangaphas imperium affectante dà Sultano prodius, in carcerè conijcitur. 427. 478. &c.	4	38
5158	1188	Friderici Barbarossæ in Palestinam expeditio. Legati væcordes Fridericum & Isaacium committunt. Ecclesiasticum statum turbat Isaacius Græci fugantur ab Alemannis, Turcarũ clades ad Iconium. Friderici submersio. Filio eiusdem mortuo, Alemanni domum redeunt. Francorum & Anglorum expeditio in Palestinam. 435. 445. &c.	5	39 Frideri- perit in aquis.
5159	1189	Isaacij familia & diuini imperij imaginatio. Pseudalexiorum & Basilij Chozæ seditiones cruentæ. Procerum nonnullorum supplicia. 454. 455. &c.	6	Hæricus sextus. I
5160	1190	Bellum Blachicum, Isaacio instauratum, qui tamen fallam iactat victoriam & manes magnarum rerum imaginationes. 464. 465. &c.	7	2
5161	1191	Scytharum & Blachorum grassationes Seruij debellantur. Repressis Blachis Constantinus Angelus affectat imperium: sed à Baraze deritus & prostratus à milite, excæcatur. 470. 471. &c.	8	3
5162	1192	Isaacij væcordia. Theodori Castamonitz potètia & interitus. Rempubliam & aulam varijs modis corrumpit Isaacius. 474. 475. &c.	9	4

CHRONOLOGIA.

5163	1193	Blachicum bellum instaurare studet. Frustra monetur de fratris infidijs. A fratre Alexio paulo post oculis & imperio priuatur 484. 485. &c.	10 Isaac. An gel. exec catur.	5
5164	1194	Alexius Angelus Comnenus Reipubl. cura posthabita genio indulget. Seditio nib. varijs exagitatus, seditiosos opprimit. 492. 493. &c.	Alex. Com nenus I	6
5165	1195	Blachi conditiones pacis aspernantur, & aduersus Græcos prosperè agunt. 504. 505. &c.	2	7
5166	1196	Persæ Græcos bello infestant. Anmerigus Friderici Barbarossæ filius tributum exigit ab Alexio qui sepulchra violat. 514. 515. &c.	3	8
5167	1197	Turbæ in aula Alexij, cuius cognati vendunt omnia. Imperatrix adulterij accusatur, monacha fit, deinde reuocatur. Deicitur de gradu Constantinus quidam primarius aulicus. 525. 526. &c.	4	9
5168	1198	Iconiensis Sultanus Græcis damna infert. Alexij fuitiles ad bellum apparatus. Misertimus imperij status, & Scytharum in Thraciam irruptione. 536. 537. &c.	5	10 Hentic. moritur
5169	1199	Alexij contra Blachos irrita expeditio. Scytharum incurso in Macedonia. Contouersis inter Græcos de Eucharistia. Imperatrix res futuras profana curiositate inuestigat. 547. 548. &c.	6	Philipp ⁹ &Ortho I
5170	1200	Varijs seditio nibus & turbis Oriens concutitur. Tragediæ Constantinopoli. Lagi, Comneni Craffi, Spiridonacæ seditio nes, quas Alexius reprimi. Mysi Constantiam & Varnam expugnant. 568. 570.	7	2
5171	1201	Stolidus Alexius ab Isaaci Angeli infidijs non sibi cauet. Veneti contra Græcos bellum parant. Isaaci filius cum Veneta classe se coniungit, quam Alexius ridet. Constantinopolis obsidetur, expugnatur, & incenditur. Alexius imperio spoliatus Debelum profugit. 582. 584. 586. &c.	8 Alex. im per. spo liatur.	3
5172	1202	Luctuosissimum Constantinopol. status. Rapinis, ferro, & incendijs Latini grassantur, quibus Alexius Ducas Murzufus resistit. Seditio in Isaacium & Alexium Angelos. Isaacio animam agente Murzufus Alexium Angelum arte eludit, & paulo post, alio imperij æmulo oppresso, vita spoliatur. 598. 600. 608. Murzufus bellum parans à Latinis fugatur qui Constantinopolim oppugnant, expugnant, incendio nouo deformant, lacerant, & diripiunt. 613. 618. &c.	Isaac. An gel. cum Alex. si. 6. mens. dies 8. Alex. Du cas Mar zufus mē sesz. dies 6. occid.	4
5173	1203	Baldwinus laudatus princeps imperium instaurat pro virili. Hostes bello fatigat. Diræ seditio num, pugnarum & oppugnationum facies, in quibus, Latini, Græci, Blachi, Scythæ, mutuis certaminibus atteruntur. Murzufi miserabilis interitus. Multatum urbium Græcarum excidia. Aliarum variz calamitates. In varias tyrannides vniuersa Græcia distrahitur, Balduino à Scythis interfecto, cui Henticus frater succedit. 648. 649. 650. &c. usque ad finem operis.	Baldui nus Flan der, im perat mē ses. in ter fecit ⁹ à Scythis Huic suc cedit Hē tic. fiat.	

FINIS CHRONOLOGIÆ.

NICETÆ



ΤΟΥ ΛΟΓΟΘΕΤΟΥ ΤΩΝ
ΣΕΚΡΕΤΩΝ ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΩΝ ΚΡΙΣΕΩΝ,

ἡγεμόντος ἡμῶν ἐφόρου καὶ κειτὸν τῆ Βουλῆ καὶ ἀρχαῶν
τῆ κοιτῶντος, καὶ Νικήτα τῆ Χωνιάτου, ἰσοεὶα ἀρ
χομένη ἀπὸ τῆ βασιλείας τῆ βασιλέως
καὶ Ἰωάννη τῆ Κομνηνῶν, τῆ
καὶ καὶ Ἀλεξίου.

NICETÆ CHONIAΤÆ
LOGOTHETÆ SECRETORVM,

inspectoris & iudicis Belii, præfecti cubiculi
historia, quæ ab imperio Ioannis
Comneni, Alexij F.
incipit.

BREVIARIUM.

- 1 Præfatio, laudes historie, & Nicetæ in hac contenda consilium proponens.
- 2 Ioannes Comnenus ab Alexio patre, matre auersante imperio destinatur. Vt imperium firmarit.
- 3 Eius initia, amici & consiliarij. Cognati ad Byzantium Comneni sororium deficiunt. Coniuratos tractat clementer Comnenus. & Anne sorori per Alexium reconciliatur, Irenemque matrem sibi redidit propitiam.
- 4 Ioannis Comneni expeditiones contra Persas. Scythas arte profligat.
- 5 Tribellos debellat: filios multa charitate prosequitur. Hunnos adoritur & pacem petere cogit. Deinde traducto in Orientem exercitu de Persarmenijs debellatis triumphat.
- 6 Gangram expugnat & amittit. In Ciliciam mouet. Bacum munitissimum castellum oppugnat. Monomachia Constantinii Armenij & Eustratij Macedonis.
- 7 Baca vi capitur. Anabazæ expugnatio. In Cælesyriam proficiscitur Comnenus, & cum Antiochenis inicit amicitiam. Pigeos ad deditionem cogit: & variam Martis aleam experitur.
- 8 Secerim urbem obsidet, que pecunia incolumitatem redemit. Persarum insidias repulsat.
- 9 Isaaci Comnenus fratri Ioanni reconciliatur. Nouæ expeditiones in Persas. Militum indignatio & imperatoris magnus animus. Expeditio contra tyrannum Trapezuntinum: & præclara in Persas belligera. Manvelis Comneni filij egregium facinus ad Neocesaream.
- 10 Ioannis Isaaci filij à patre imperatore ad sultanum defectio: unde non exigua incommoda Christianos quosdam perduelles Imperator debellat, & calamitatibus domesticis premitur.
- 11 Antiochene expeditionis malum consilium. Violata urbis dat penas Comnenus, in venatione renenato suo telo vulneratus unde plaga immedicabilis. De eiusdem obitu oracula.

A. j.

12 Ioannis Comneni morituri oratio ad cognatos amicos & magnates. Manuē Isaacio natu maiori presert, & successorem

nominat. Ab omnibus Manuel imperator salutatur. Ioannis Comneni obitus & elogia.

Laudes historiz.

Est nuntia vetustatis & vita memoriz.

Testis temporum & reru gestarum

Magistra vitæ.

Iudex malorum.

Gloria humanæ custos

Lux veritatis.

Liber videntium, & turba mortuos excitans atq; in medium producens.

MILITER inuentæ sunt historiæ: neq; paruas iis, qui rebus melioribus student, commoditates sup- peditant, tum vetustatis memoria repetenda, tum ingenii hominū explicandis, tum variis eorum conatibus ob oculos ponendis, quibus animorum magnitudo, & honestatis amor ab ipsa natura fuit infusus. Iam quia vitia perstringunt, & præclaras actiones celebrant, moderatiores plerunque reddunt & meliores homines, tam ad vitia quàm ad virtutem propensos: iis duntaxat exceptis, qui turpissima educatione corrupti, ac mala consuetudine deprauati, nullam virtutis rationem habent: qua nihil est in rebus humanis præclarior aut magis expetendum. Adhæc, ij quos monimēta historiarum complectuntur, quanuis mortales & obnoxij fati, iam olim vitæ quasi pensum absoluerint, immortalitatis quodammodo fiunt compotes. Nam prout turpiter aut honestè vixerūt, ita malè aut benè audiunt: ac animus quidem in locū suum abit, & corpus in primordia, è quibus compositum fuit, resoluitur: actæ autem vitæ ratio, siue sancta & iusta, siue nefaria & iniuria, obitusque siue felix, siue calamitosus, clara historiæ voce prædicatur. Quamobrem haud ab re liber videntium appellabitur historia, verumque gestarum descriptio tibi clangor, quo iā olim mortui velut è sepulchris excitati, in medium produciuntur.

ΚΑΙ ἰσορῆα ἡ ἀγαθὴ κοινὴ φιλία πρὸς τὰς ἐξ ἑστέρας τῆς βίω ἐρδύρωται, εἴπερ ἐν τέτων ἐκ ὀλίγα ἐστὶ ξυλλέγειν τὰ βελτίω τῶν ἡρημένων. εἰδὺμα γὰρ τὰ ἀρχαῖα, καὶ ἐπὶ αὐτῶν ἀξιολογεῖσθαι ἀθρόωτα, καὶ πολυπφείας ὑποπτεύσασιν, ὅποσοι τὸ ἀθρόωτων μεγαλογνώμονες, καὶ τὰ καλὰ αὐτόφροντες τρέφοντες ἔροσιν. καὶ κακία ἡ παρ' αὐτῶν κωμωδούμενη, καὶ ἀγαθοπραξία ἀξιομακρυνή, μετ' αὐτῶν ὡς τὰ πολλὰ καὶ ἐπιδιδόντας τὰς παρ' ἐκείνων πειθεῖσαι ῥέποντας, ὅσοι τέως ἐχ' ὑποαίχλης συνηθείας καὶ φαιλοτέρας ἀξέως, ἀνεπιστόφως ἔχουσι τὰ πολυεσῆσα ἡμέτερος ἀρετῆς. ἐπεὶ καὶ ἀθανάτοις εἰκόσασιν ἀήπιδεν, θνητοὶ καὶ ὀπίκρησι γηρονότοι, καὶ πάλαι τὸ ζῆν ἐκποξέδυσαντες, ὅσους παρελήθη τὸ ἰσορεῖν. ὁρῶντες γὰρ ἡ τέναν πον φάυλως βεβιωκότοι, εὐ τε καὶ ἀγρῶς ἀκνέσι καὶ τὰ μὲν ἐς ἀδὲ βέβηκεν ἡ ψυχὴ, πορὸς ἡ τὰ, ὅξ ὦν ἡρμόσθη, τὸ σῶμα ἐπαλιπρόσησε. τὰ ἡ παρ' αὐτῶν βεβιωμένα, καὶ ὅσα εἶν, καὶ δίκαια, καὶ ἀδέμῆτα, καὶ ἐφύβεσα, καὶ ἐξίω ἀδαιμότως, καὶ κανοσραγίαν ἀνεχέμεστο τὴ ψυχῶν, ἡ ἰσορῆα ἀξιομακρυνήσας βοῶ. ὡσεὶ κατ' ἔτερον πνα τρέπον καὶ λόγον, καὶ βίβλος ζῶντων ἡ ἰσορῆα κληθήσεται, καὶ σάλπιγγε περὶ τῶν τὰ γραφόμενα, τὰς πάλαι τεθνεώτας ὅξ τῶν σημάτων ἐξασπῶσα, καὶ ὑπο ὄψιν πειθεῖσαι τοῖς βελομένοις. ἀλλὰ τοιαῦτα

Atque

μὲν ἡ ἰσορῆα, ὡς ὀπίκρητοντά με εἰπεῖν, αὐτοῖς ἡ τοῖς ὀπίκρησι καὶ μὲν ἐδαμῶς χρεῖασα μὴ ἔτω μανῆσις, ὡς ἡδίων ἡγεῖσθαι πῆτερον ἰσορῆας. ἀ γὰρ οἱ πολυετῆς τ' ἀθρόωτων, καὶ τῶν παλάτρωσι καὶ τελορόνοι (εἰ τὰ βίω ἐπιπερῆσαν) ἡδῆσαι ἀ, & ἐξηγῶντο τοῖς φιλακροσμοσι, τὰ δ' μνήμης ἐμπυροῦντες, καὶ τὰς τ' ἀρῶξεων ῥουσας ἀνοσπάλωντες. τὰυτὰ δὴντε πορθεῖν καὶ ὁ φιλοσωρ, καὶ ἐδέτω παρηλλάχθ' ἡ μείρακα. ἀξία τὰυτ' εἶν καὶ αὐτοῖς τὰ τοῖς κατ' ἐμὲ χεῖνοις γηρημένα, καὶ ἀθῶν ἐπιβεαχῶν, μνήμης καὶ διηγήσεως ἀξία ὄντα, καὶ τῶσάυτὰ τὸ πλῆθος, καὶ τῶσάυτὰ τὸ μέγεθος, ἐκ ἔγνω δ' εἶν σιγῆ παρελθεῖν. ἐκοιῶν καὶ ἀξία τῆσδε μετ' ἐξυγροφῆς διηλατὰυτὰ τοῖς ἐπὶ τῶν καλῶσιν. ἐπεὶ ἡ ὡς καὶ ἀλλοιτὲ ξυμβαλεῖν ἔχουσι, καὶ αὐτοῖς ἡ συνορῶν ἐχ' ἡ καὶ εἶμι, τὰ τὰ ἰσορεῖν τὸ δ' διηγήσεως ἀσπῶτες, καὶ ἀξιοβολαῖς καὶ ἀξὸ ὁδοῖς ἐπεσρα μὲν, ὡς μὴ σπυαδον αὐτοῖς, ἐ πορσῶσιν, φιλοσῶν ἡ τὸ σαφές, ὡς ἐ μόνον, καὶ τ' εἰπόντα, σφῶν, ἀλλὰ καὶ σμβαλῶν σφῶσι μέλισα. ἐδὲ τὰ τε πάμπαν ἔξασπῶν τὰ καλὰ πῆποντ' ἀθ ὀρησις τὰ γραφόμενα, οἶα & ἡ μὲν μὴ τὸ καμπῶν καὶ δυσφροδῆς καὶ κρημνώσειν ἀποσειλημῶν λέξεσιν ὡς ὀπίκρητων ἀσπασμῶν, εἰ καὶ χαίροντες εἰσιν εἰς τὰ πολλοῖ, εἴτ' εἰν ἀλιθῆσεσιν εἰπεῖν, ἐκλείποντες τὰ τῶν πάλαι καὶ σήμαρον, καὶ ὅσα πῆ καὶ ὀπίκρησῶμα πορσῶν καὶ τῶν ἐξιοσικῶτες ἀξία μακρῆ ἐν τῶ πλείονος ἡ καὶ τὰ τῶν ἀραῖ τῆ ἰσορῆα πορσῶν καὶ τὰ πορσῶσα, μὲν τ' ἀσπῶσθῶ μὲν πόδα τ' εἶν ἡ γημηκότων, ἡ ὁλως τὰς ἀξῆνας ὡπῆς ὑπὸ ἀλλεσται. ὑπὸ γὰρ ἀπαν ἔτερον τὸ μὴ τ' πορσῶν ἀπλοῶ, ὡς ἔχω εἰπῶν, καὶ πορσῶσιν εἰς κατὰληψιν, αὐτῆ ἀξῶ βέβλη.

Atque hæc de historiarū utilitate breuiter percurrere volui. Neq; verò quisquam adeò vacors est, quin eam lectoribus æquè iucundam ac fructuosam esse iudicet. Nā quæ decrepiti fenes, atque ij qui, si adhuc in viuis essent, Tithonum multis ætatibus vincerent, in cœtu auditorū ex memoria thesauro deprompta, in medium afferrent: eadem vel adolescens eruditus referre queat. His igitur de causis ego etiam ea quæ mea ætate, & paulo supra meam ætatem memoratu digna gesta sunt, quæ quidem plurima & maxima fuerent, non pratercunda silentio esse ratus, ad posterorum memoriam propagare studui. Cùm autè eorum iudiciis assentiar, qui obscuritatem & perplexarū periorum prolixitatem historiæ alienam esse censent, & perspicuitatem maximè gratam & aptam: equidem huic quoque virtuti operam dediciuitatis verbis affectatis, obscuris, confragosis: etsi vulgus iis auidè initiare nō ignoro, relictæque & superioris & nostræ ætatis consuetudine, summo studio in iis elaborare. Nos verò longo tempore in id operam dedimus, vt dictione huic scriptionum generi conueniente adhibita, nō extra limites euagaremur. Quicquid enim vt dixi, non apertum est, atque in promptu positū, historia abominatur: quicquid simplex & naturale est, & intelligentiæ ob-

Sapientia nobilissimū gymnasiū.

Cuius amore ductus Nicetas hoc opus aggressus est.

Et perspicuitati, (si res ipsas spectes) historicū que maximè dæcet, operam dedit.

Historia enim obscuritatem abominatur.

A. ij.

uium, libéter admittit. Nam cum ad veritatem tanquam vnicum scopum collimet, atque ab oratoria calliditate & poetiis fabulis quàm remotissima sit: etiam à forma dicendi iis facultatibus propria abhorret. Quamuis autem multum grauitatis & reuerentię historiam comitetur: tamen quia vel opificibus, militibus & mulierculis etiam, nota esse cupit, formulis elegantioribus delectatur, vestemque amat non sanè luxuriosam & exoticam, sed simplicem & mundam: nec perspicuitate & breuitate quicquam habet antiquius. Quibus de causis veniam à lectoribus impetratam cupimus, si in opere nostro ornatus desiderabitur: præsertim cum argumentum hoc nunc primum à nobis tractetur. quod perinde est, ac si viam desertam ac minimè tritam ingrederemur: & longè difficilior, quàm aliorum vestigia persequi, & via regia incedere. Auspicabor autem ab iis rebus, quæ post Alexij primij ex Comnenia familia Imperatoris obitum acciderunt, vltra quæ superioris ætatis historici non sunt progressi: vt ea quæ à nobis dicentur, cum illorum dictis cohæreant, instar fontis vnus in plures canales distri-

Elegantem verò & certam, dictionem amat.

Quam Nicetas persequitur & modestè excusat.

Historię huius ordo & ratio.

αρχαίος ποσώς Αλεξίος συμβέβηκεν, επει κη ες τίνδε τ' αηακτα τδ λέγην σωπερεάντιο, οπόσοι τ' η' πορ η' μ' η' τ' η' συλγραφή πορδ ήλωσ επέβαλον, η' ειν τα ρηθησόμενα παρ η' μ' η' σωμαφή πώς τοίς υπ' ενείνων λεχθεϊσι. Εδ λόγος ε'το δ'απλεκόμμο, τρόποι πνα δ'λακ' ειχαζοίτο ρόμμάθ' εκ πηγής μιās εκδιδόνη, η' γουώ τδ τ' η' κείαν, αλληλένδεϊον ε'ποκείνοι-
το.

ται. κη η'γαπήθη εως σφόδρα τδ ακομ-
νον, κη ως ε'χον φύσεως διηγέμενον, κη
δαιμονίως τδ δ'ληπτον περιπίσεται.
τέλθ' γδ σκοπιμώτατον τ' αλήθειαν ε-
χουσα κη τ' η' ρητορικ' δεινότηθ',
κη τ' ποιητικ' λογοποιίας αφεσώσα κη
δ'αμέρον. κη τα τετων διαθείται χα-
ρακτηριστικ', κη άλλως η' καλ' ε' βρα-
χυ τδ σεμνον η' ισοεία κη τδ α'δίσιμον
ε'πιούρηται, ε'ρωσα δ' ομωσ πορ κεί-
σαι σκαπακίσει τε κη σιδηρεϊσι κη
πολλ' ης γέμει τ' ης ασβόλης, σωμή-
θης ε'η' τοίς πορ ε'δπλα κη α'βρα βλεπε-
σι, μηδ' γουαξί χερνήτσι δυσκολαίνε-
σαι μετακελούσασαι τα κατ' αυτίω
ταίς χαριεσέρας χάρει τ' η' πορ ε'σαν, Ε
τδ παρθ' τ' η' ονομάτων ειλικρινες κη α-
πέριττον αμπεχέδ' φιλει, ε'τε μίω κη
κομψομύρον κη ε'ξαλλον. κη η' μηδ' ισο-
εία, ως ενι μάλισα, μ' η' τ' σαφές κη εις
ε'πίτομον ε'πιπεραθησεται. ο η' λόγος
ε'γνωμονών, συγνώμω αυτεϊται παρ
οίς εις χείρας πεσεί', ει μη φιλοτήτως,
δι' α' ειρηται, κη ακριβώς εκπεπόνηται.
επει κη άλλως νω πορ ε'τος ημεις τ' ε'πο
δέσεως ε'πιβαίνομμο τ' ης δε, ε'ί'α πνα ε'ρή-
μω Ε' α'βη διίναγ' ε'χειρουώτες οδόν,
δ' κη δυσεργάν' ε'σι, κη πολλ' α' ε'σ' κείμενον
τ' η' χρεσιν ε'τέραν προωδ' οκώτων ε'φομαρ
τέιν, η' γουώ ως δ'α' λείας κη βασιλικ' ης
βαδ' ίζην οδ' ε', λέγω δ' η' ε'τέρων ι'σείας,
ε'υθυπόρως τε κη απλανώς. αρχη δ' ε' μοι
τ' ης ι'σείας, οσα μ' η' τδ πέρας ο'υδ' ε' αμα
τ' ης ζωής, Ε τ' αρχ' ης τ' ε' εκ Κομνηών

το, τ' η' τ' αει πορσεχών ε'ράνη ποροίον-
ταν ες απειρον. εν κεφαλαίοισι δ'
ε'πιτομ' ης κη τ' αυτοκεάτορα Ιωαν-
νήν τδ ι'σπερην διηγήσεια, ως Αλεξίω
δ'αδοχ' η' γρηγοται τ' αρχ' ης, ε'δ' ε'υ-
βραδ' υνείτωσ κατ' αυτην ε'φηγήσεσιν,
άσπερ εν τ' οίς ε'φεξ' ης ε'ργαπεται λόγος,
οί'α κη η' μ' η' μη τα τ' οίς ε'φθαλμ' οίς ε'π' η'
τ' η' παρελημμένα συλγραφομ' η'ων,
κατ' αυτην μ' η' δ' ε'ποτάδ' ε'ω ε'χόντων
ταυτα διεξέειπα, άλλ' ε'περ εις ακουω
ώπ' ε'ιληφαμμο εν τ' η' οσοι τ' η' κατ' η-
μ' ης τ' βασιλεία τετονι ε'δεάσαντο. κη σωμαμ' η'του κ' κ' η' η' πορ ε' εναντίως
χωρ' ην κη ταε μάχας σωμαε'τ' λ'υπόλον. αμ' η'νον δ' εντευθεν ε'φ' ε'αδ'.

buti, aut anulorum longa se-
rie inter sese cohærentium.
Ac Ioannis Imperatoris vi-
tam, qui succēssit Alexio, bre-
uiter perstringemus: neque
carum rerum commemora-
tioni diutius immorabimur,
quas ipsi non vidimus, sed ab
iis accepimus, qui eum vide-
runt, & in expeditiones com-
itati sunt. In cæteris autem
vberius tractabimus omnia.
Sed iā ad rē ipsam accedamus,
hinc sumpto exordio.

Ioannis Comneni vita.



ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΚΥΡΙΟΥ ΙΟΑΝΝΙΣ COMNE-
ni Imperium.

Ιωάννου τ' Κομνην'.

Ω' αηακ' Αλεξίω τ' Κο-
μνην' α, η' οί' ε'εις, κη θυ-
γατέρες τέσσαρες ε'γαγέ-
ν' ηντο. ω' η' τ' η' μηδ' ανδρών
ο Ιωάννης κη γ' η' σιν πορ η' υ' ε'ερθ',
πορ πορ η' η' δ' απάντων τ' ε' ε'σ' ο'σ' ο'σ' ο'
τ' η' Αλεξίω η' θυγατήρ Άννα κη δεωρατο,
η' ης εις λέγος τ' η' Βουκηνίω Νηκηφόρω
σωμ' ε'ζ' α'κ' ε', πμ' η' ε'ισα Κομ' α' ρ' ε'σα. ο
βασιλ' ε'ς τ' οίνω κη τοκ' ε'ς Αλεξίω,
μάλισα τ' η' άλλων παιδων τ' η' Ιωάννη
πορ ε'κεντο. αμ' ε'λει τοι κη τ' ε'τον ε'πι-
κείνας καταλείψεν τ' ης βασιλείας δ' ε'
δορον, ε'ρι ε'ρε' τε οι πεδ' ήλου μετεδ' ε'
κει, κη βασιλεία ε'δεδ' ωκει ανηυροδ' ε'αδ'.
η' δ' ε' μήτηρ κη βασιλ' ε' Βιρ' η' η, τ' η' θυ-
γατε' ε' η' η' η' τ' η' π' α' η' η' εν τ' ε'ναντίω χαριζομ' η' ροσ' ω, εκ αν' η' ει πορ ε'
τ' η' συλλεκτηρ' Αλεξίω τ' Ιωάννη εν ε'βαβ' αλλ' ε'σα, πορ ε'πη' τ' ε'τον ε'πα-
A. iij.

Lexius Comne-
nus Imperator,
filios tres, &
quatuor filias
habuit. Inter fra-
tres natu maximus Ioānes fuit:
Anna verò primogenita, Ni-
cephoro Bryennio, Cæsarissa
appellata, nupsit. Ioannem pa-
ter maximè dilexit: datisque
purpureis calceis, Imperio de-
stinavit, & Imperatorem ap-
pellandum curauit. Irene ve-
rò mater & Imperatrix, con-
trà nihil non Annæ filia de-
ferebat: neque Ioannem apud
Alexium maritum, vt temera-

2
Ioannes Comnenus à patre imperio destinatus, aduersante matre. Ex opposito parentum affectibus, ingentes curbae.

rium, & luxu perditum, & le-
uam ac planè vœcordem ea-
lumniari non desistebat, ne-
que quicquam habebat anti-
quius, quàm vt Imperatorem
ad mutandam de Ioanne sen-
tentiam compelleret. Aliquan-
do etiam Bryennium per oc-
casionem summis laudibus ce-
lebrabat, vt & eloquentissi-
mum, & rebus gerendis aptis-
simum, & liberalibus artibus,
quæ animum ad virtutem in-
formet, & ad imperium ritè
gerendum & tuendum maximo
adiumento sint, eruditum.
Alexius verò quum hæc ma-
terni affectus haud ignarus au-
diret, aliàs se grauioribus ne-
gociis occupatum, verba illa
prorsus non curare simulabat:
aliàs tempus ad deliberandum
sumpturum, neque petitionè
eius neglecturum esse affir-
mabat. Semel verò temperare
sibi non potuit, quin eam ita
alloqueretur: *O mulier, & leli-
ti & imperii mei particeps, non tan-
de n ea suadere mihi desines, quæ
filia tua grata sum: & conari, vt
ordo laudabiliter institutus tur-
betur: quod si nutius percita es,
ad sanam redito men-
tem: ac potius tecum considerato,
an ullus unquam ex superioribus
Romanorū Imperatoribus, quum
filium imperio idoneum haberet,
eo neglecto, generum prætulerit?
Ac vt aliquando tale quippiam
acciderit, quod raro factum est,
pro lege habendum non erit: a me
præsertim, qui, quum regnum
haud laudabiliter, sed cadibus co-
gnatorum, & rationibus ab insti-
tutis Christianorum alienis occu-*

Quod vult
bene vult
mulier. Ge-
neri socius
charus.

Prudens ma-
ritus vxoris
importunita-
ti non cedit,
sed satisfacere
nititur.

καλῶσα, & ὑγρὴν τὴν βίον ἐπιποθεῖσα,
παλίντροφόν τε τὸ ἦθος, καὶ μηδὲ μὴ
μηδὲν ὑγρὸς ἔχοντα, καὶ περὶ μὲν δὲ παν-
τὸς ἀρχολίας πάσης ἀνώτερον αὐούδα-
σμα, ὅπως μετὰ τοιοῦτο τὴν γυνάμην ὁ
βασιλεύς, ἡ δὲ ἔχου ἐπὶ αὐτῶν κωροσά-
μην, ἐνιαχοῦ δὲ καὶ λόβη κωροσά-
μην τὸν Βρυέννιον παρεισφέρουσα, παντοίοις
αὐτὸν ἐπαίνοις κατέσφρον, ἅτε εἰπεῖν ἰ-
κανώτατον, καὶ ἐκ ἐλάττονα δὲ κωροσά-
μα, καὶ μαθημάτων ἐλαδτερίων μετα-
λαχόντα, ὄυθμιζεν τὸ ἦθος εἰδὸτων, καὶ
κωροσ βασιλείαν ἀδελφώβητον οὐ βρα-
χέει συναεομύρων τοῖς ἀρχεῖν μέλλου-
σιν. ὁ δὲ Ἀλέξιος τὰ ταῦτα ἐρωπίζομεν καὶ
τὸ μητρῶον φίλτρον ἐπιστάμην, καὶ
τῆ μὲν ἀλλοῖς ἐκ τῆ χειρὸν κατεπέηρουσι
χαιρίζεται κωροσάμασι τὸν νοῦν πλατῆ-
μην, οὐδὲ κωροσέχεν ὄλωρ τοῖς λεγο-
μύροις κωροσποιεῖτο. καὶ δὲ ἐς σκέψω
δπολύων τὰ εἰσηγούμην, μὴ ἀν γινώσκ-
τησιν αὐτῆς κωροσβλέψαδι ἰχουεῖτο.
ἐνί τε δὲ καὶ τοιοῦτόν τι πασην ἄμηνος εἰ-
ρηκεν ἄγυναι, κοίνοινέ μοι λέχους καὶ
βασιλείας, οὐ τὰ κωροσ χαιρὲν πάση
τῆς σῆς ὑποσπεμῶν μοι θυρατῆρ, ἀρ-
μονίαν τε καὶ τάξιν ἐπιχειροῦσα λυεῖν ἐ-
παμειτῶν ὡς ἐπερ δεοβλαβείας μετέ-
χηκας, βάλῃ ἐς τὴν χιλν ἀγαθὴν ἢ μᾶλ-
λον δεῦρο κοινή συνδρασκείω μεθα, &
γνωσόμεθα τίς ὄξ ἀπάντων τῶν κωρο-
λέων τὰ τῶν Ῥωμαίων σκηπτοτα παρ-λη-
φόντων, ἢ ἔχων ἀμύσον εἰς ἀρχίλν, τῶ-
τον μὲν παρεβλέφατο, γαμβρόν δὲ ἀν-
θείλετο; εἰ δὲ ποτε καὶ τοιοῦτόν τι ξυμβέ-
βηκεν, οὐ νόμον, ὃ γυναι, τὸ σαπίον ἡ-
γνωσόμεθο· ἐπὶ ἐμοῖ δὲ καὶ μάλα καπα-
ροῦν γαλάσειε τὸ πανρωμαῖον, καὶ τῶν
φρενῶν κειδέων ὑποπεσῶν, εἰ τῶ βασι-
λέων ἐκ ἐπαμειτῶς εἰληφῶς, ἀλλὰ ἀμει-
σιν ὁμοχρῶν, & μαζούδοις χεῖρισ-
νικῶν

νικῶν ἀφισαμύρας δεσμῶν δεῖσαν τὰ
της ἀφεμέναι δέξοδοχον, τὸν μὲν ὄξ ὁ-
φύθ ὑποπεμψαίμεν, τὸν ἢ Μακεδὸνα
εἰσοικισαίμεν τὸν Βρυέννιον οὐτὸ λέλων,
ἔπει καὶ ὄξ Ορεστιάδ ὄ ἀρμητο· μία δὲ
αὐτῆ τῶν κωροσ Μακεδόνων οὐδ αἰμόνων
καρπῶν πόλεων. τοιαῦτα κωροσ τὴν
βασιλείαν Ἡλιώλν ἐμβειδῶς ὁ Ἀλέ-
ξιος φάμην, ὁμοῦ καὶ πάλιν τὴν μη-
δαμῶς ἀπειπόντα ὑποκωνάμην,
διήγε τὴν γυνάμην, σκηπὶ ὄμην ἀεὶ
τὸν σκεπτόμην. ἡ γὰρ εἰ καὶ τις ἄλλος
κρυψίνους ὁ ἀνὴρ οὐτὸ, καὶ σατὸν ἡγού-
μην ἀεὶ τὸ κωροσ, μὴδὲ τὰ πολλὰ
ὄξ ἀγγελπικὸς τῆ ποιητοῦ δεκνύμηνος.
ἔγινοντ δὲ οἱ τῆ τέματ ὄ ζῶης,
ὁ μὲν ἐκεῖτο πνέων τὰ λῳάδια ἐν τοῖς
κῆ τῶν μόνων τῶν μαζάνων λαμωρο-
τάταις οἰκοδομήμασιν. ὁ δὲ πάς Ἰωάν-
νης τὸν πατέρα ὄξεν τῆ τελοῦτῆ πλη-
σιάζοντα, καὶ τῶν κωροσ εἰδῶς ὑπο-
σερρουσαν, καὶ τῆ ἀδελφῆ τῶν βασι-
λέων κωροσ, κοινῶν τὸ ποιητοῦ
τοῖς ἐκ τῆς συγγουίας ἐκείνω φίλα σε-
νοῦσιν ὡν τὰ κωροσ ἡ δὲ ἀδελφῶς Ἰ-
σαάκιος, καὶ δὴ λαθῶν τῶν κωροσ, εἰ-
σεισι τὸν κοιτῶνα τὸν πατερίκον· καὶ
κωροσ ἀπεισῶν ὡς δὴ τῶν θρῳωῶσιν, ὑφαι-
ρεῖται λαθῶ τῆς ἐκείνου κωροσ τὸν
σφραγισῶ δακτύλιον. εἰσι δὲ οἱ καὶ
γινώμην τῆ πατερῶς αὐτὸν φασὶ τὸδε πε-
ποιηκέναι, ὡς δίδωσιν ἐνορεῖν τὰ μὲν βρα-
χὸ ρηθῆσόμεθα. αὐτῆ κα τῶν Ἰωάννης
τοῖς συμφραδόμενας ἡθροικῶς, καὶ τὸ
κωροσ τῶν ἡθροικῶς, ἐπὶ κελητῶ μὲν
ὄπλων κωροσ τὸ μέγισον ἀρχεῖον ὄξ ὄρ-
μισε. καὶ αὐτῶ τῶν μαζάνων μο-
νῶν, καὶ τὰς ἀρχαὶς ὄμοῖως τὸ πόλεως,
ὑπο πῆθους τῶν συμφροσ, καὶ τῶν κῆ
φῆμην τῶν ὄξ μόνων συναλιζομύρων ἀσυπόλων, βασιλεύς αὐτοκωροσ

parim toti Romano imperio risui
sim futurus: & pro insano habend-
us, si in deliberatione successio-
nis, germano filio repudiato, Ma-
cedonem in solio collocaro. Sic
autem appellabat Bryennium,
Orestia de beata & præstantif-
sima vrbe Macedonia oriun-
dum. Quibus verbis cum Ire-
næ petitionem graiiter refu-
tasset, tamen deinde eum præ-
se ferens, qui haudquaquam
negasset, mulierem perpetua
deliberationis simulatione dif-
ferebat: quippe homo, si quif-
quam alius, occulti animi, qui
sapientiã in dissimulando po-
sitam ratus, raro admodum,
quid facturus esset, præ se fer-
ret. Instante autem obitu, qui
in splendidissimis Manganiæ
regiæ substructionib. decum-
beret: Ioannes & eius rei &
materni odij gnarus, quæ im-
perium in fororem conferre
niteretur, negocium cum co-
gnatis sui studiosis communi-
cat, quorum princeps erat fra-
ter Isaacius: & clam matre pa-
ternum cubiculum ingressis,
& tanquam morbum eius de-
plorare vellet, prostratus, an-
nulum de manu eius furr. pit.
Sunt tamen qui id eum de sen-
tentia patris fecisse affirmant:
idque ex iis quæ mox sequen-
tur, fit probabile. Quum autè
in cœtu suorum rem gestam
exposuisset, eques ad maximã
regiam properauit, armis sti-
patus, atque in ipso Manganio
monasterio, & vrbis regionib-
us, à multitudine sui studio-
sa, & iis qui fama rei exciti in
vrbe versabantur, Imperator

Nec generū
filio vult præ-
ferre.

Vxoris autē
desiderium
simulatione
deliberatio-
nis eludit.

Ioannes vt
impetiū fir-
mavit. Instan-
te principum
obitu, success-
forum artes
vigent.

Et callidio-
res sibi ma-
turè consu-
lunt.

Néque occa-
sionem fla-
gere sinuat.
Oculata e-
nim est do-
minandi cu-
piditas.

